1574

Sit omnibus notum Quod Ego Jacobus Arus parator pannorum lane Ville Sabadelli dioc. Bar. confiteor et in veritate recognosco vobis Petro Julcana agricultori oriundo par. S. Stephani de Castellario nunc vero in dicta Villa Sabadelli habitatori quod
dedistis et solvistis mihi numerando realiter et de facto in notarii et testium infrascriptorum presentia qui pecuniam numerare viderunt omnes illas quadraginta libras monete Bar. quas mihi ratione et pro intrata illius stabilimenti [illegible] emphiteosim dationis et concessionis
per me vobis factis et suis de quodam trocio terre sive orto de serra cum introitibus exitibus juribus et pertinentiis suis qui quidem trocius terre est pars et de pertinentiis illius [illegible] quem ego habeo et possideo [illegible] Villam Sabadelli
ad latus domorum mearum versus occidentem earundem prout de dicto stabilimento [illegible] et in emphiteosim dationis et concessionis patet instrumento recepto apud notarium infrascriptum die presenti et infra prout tenetur et terminatur quemadmodum in dicto stabilimento [illegible]
[illegible] longe lateque patent ad quod [illegible] recursus Et ideo Renuntiando exceptioni [illegible] et pecunie predicte non numerate et non solute non habite et non recepte [illegible] non esse et in veritate non consistere et doli mali [illegible]
omni alii juri [illegible] quomodo in testimonium premissorum de predictis quadraginta libris per vos mihi modo predicto exsolutis presentem vobis facio apocham et soluto pactum firmissimum de ulterius aliquid non petendo et de non agendo solempni
stipulatione vallatum in manu et posse notarii infrascripti recipientis et stipulantis Actum est hoc in parr. S. Vincentii de Jonquerys termini Tarrasse dioc. Bar. die vigesima quarta mensis decembris anno anat. Dni. Millesimo quingentesimo septuagesimo
quarto Signum Jacobi Arus confitentis predicti qui hec laudo concedo et firmo.

Testes huius rei sunt Joannes Fontanet agricultor [illegible] Ville Sabadelli et Bernardus de Boges [illegible] habitator dicte Ville.

num Joannis Font Regia auctoritate per totum Cathalonie principatum et comitatus Rossillionis et Ceritanie notarii Ville Sabadelli dioc. Bar. qui hec scripsit et clausit etc.